

Heinrich Biesenthal

**Nobilioris Quaestionis Theologicae Pia Contemplatio Exacta Enodatio : Utrum Peccata Fidelium Aequa Ac Infidelium In Extremo Iudicio Sint Publicanda? Hoc Est: Num Pii Pariter Atque Impii, Et Quilibet In Specie Pro se in extremo Iudicio rationem redditurus sit Iudici totius orbis Jesu Christo de omnibus suis cogitatis, dictis & factis sive bonis sive malis, deq[ue] omnibus peccatis sive externis sive internis, manifestis sive occultis?**

Rostochii: Rostochii: Hallervordius: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737576480>

Druck    Freier  Zugang



H. Briesenthal  
R. U. theol. 1617



NOBILIORIS QUÆSTIO-  
NIS THEOLOGICÆ

PIA CONTEMPLATIO  
EXACTA ENODATIO:

UTRUM PEC-  
CATA FIDELIUM  
ÆQUE AC INFIDELIUM  
IN EXTREMO JUDICIO  
SINT PUBLICANDA?

HOC EST:

NUM PII PARITER ATQUE  
IMPII, ET QUILIBET IN SPECIE PRO  
se in extremo Judicio rationem redditurus sit Judici totius  
orbis Iesu Christo de omnibus suis cogitatis, dictis  
& factis sive bonis sive malis, deq; omnibus peccatis  
sive externis sive internis, manifestis  
sive occultis?

*Adornata per*

M. HENRICUM BIESENTHALIUM,  
Ecclesiae Fridland. Pastorem.

---

ROSTOCKII

Litteris Pedani, Gare Hallervordij luci  
donata atq; dicata.

ANNO CHRISTI M. DC. XVII.

1697

STRALSUNDENSIMUM  
PRESBTERIO VENERANDO:  
SENATUI AMPLISSIMO,

*Gratiam & pacem per Christum.*

**Q**uae mihi non ita pridem cum quodam mei ordinis viro doctissimo intercessit familiaris & amica conversatio, hunc quem videtis, Reverendi, clarissimi, doctissimi: Amplissimi item consultissimi prudentissimi viri, Domini ac fautores observanter colendi, hunc, inquam, peperit primitus qualemque in genij sc̄erum ex auctoritate divini verbi semine conceptum. Cum enim inter illum, quem dixi, amicum meum, & alium quendam non vulgariter quoque doctum necessarium suum, *γνῶμα* hoc: Num peccata fidelium æquè ac infidelium in novissimo die sint revelanda & ventilanda? esset controversum, altero affirmativam, altero negativam tenente; ac meum is qualemque judicium expeteret, non modo coram illud exposui, sed scripto quoque, summam rei *κατευαστικῶς καὶ ἀνακευαστικῶς* perractante, comprehensum ipsi communicavi.

Cum vero insigne hoc *γνῶμα*, ceu unum & primariam ex novissimis nostris assidue, juxta Syracidis præceptum, meditandis, ulteriori indagine ac disquisitione, dignissimum mihi videretur, priores de illo *φεύγεις*, quibusdam horis succisivis recognoscendas arripui, easque ceu sc̄erum adhuc informem, ursaram instar lambendo figurare, & in hanc qualemque formam, privatæ oblectatio-

nis.



nis ergò, refingere coepi: quod meum institutum cum  
nonnulli amicorum intimi cognitum de meliori notâ com-  
mendarent, & publicis typis hanc ~~editionem~~ non indi-  
gnam judicarent, eorum judicio mihi standam, & moni-  
tis, quæ insuper addebat, parendum potius quam relu-  
ctandum ratus, in editionem (utinam auspiciatò) consensit.

Quod autem vobis, Reverendi, clarissimi, amplissi-  
mi, prudentissimi viri, exiguae hasce pagellas dedicare, &  
sub vestri nominis auspicio in lucem emittere non dubita-  
rim, quid causæ sub sit, quidvè me moverit, haud immer-  
tò queritis? Dicam igitur paucis: Movit imò permevit  
me primum jucundissimæ, quam nuper deductâ in ve-  
stram urbem Ornatissimi & Doctissimi viri, Dn. LAUREN-  
TII ROSTOCHII generi mei dilectissimi novâ nuptiâ,  
filiâ carissimâ, cum quibusdam vestrum, ut amicis meis  
quondam Academicis, ideoq; certissimis, suavissimis ha-  
bui, conversationis jucunda recordatio: Deinde singu-  
laris eorundem, ut & aliorum quorundam vestrum erga-  
dictum generum & filiam explorata & perspecta affe-  
ctio, deq; ijsdem amicè complectendis, fovendis & pro-  
movendis officiosa declaratio: Tum amicij & bene-  
volentiae reliquorum vestrum, qui magni in oculis meis,  
captatio, meiq; in eandem commoda insinuatio. Deniq;  
prædicti generi & filiæ, qui domicilium sibi apud vos  
elegerunt, sedemq; suam jam num (faxit Dominus, ut fau-  
stè & feliciter) fixerunt, in vestrum omnium & singulo-  
rum patrocinium & prævidam curam commendatio.

Hæc fuerunt, quæ quidvis aliud, sub novi hujus anni  
auspicijs, quæ V. V.R.R. A.A. & D.D. fausta & felicia  
precor & opto, loco strenæ, ne dum hoc chartaceum  
munus (exile quidem, si ~~genus~~ externum ast pretio-  
sum, si internum, materiamque ipsam, pondero-  
sum item, si animum unde proficiatur, estimare vo-  
lueritis)

iératis.) mihi extorserint, vestrisq; RR. AA. & DD. con-  
secratum obtulerint. Agite igitur, viri præclarissimi  
viri præstantissimi, agite quæso, & quidquid hoc est ma-  
neris chartacei, loco aurei & argentei (quandoquidem  
illud dæst) vultu sereno, animoq; placido & benigno  
suscipite; mihi meisq; amicitiæ vestræ sacrarium pandite;  
generum cumprimis & filiam aliundè etiam vobis com-  
mendatos, inter vestros numerate, locumq; illis aliquem  
inter eos, quibus amicitiæ, favoris & benevolentiæ au-  
ram adspiratis, haud gravatim relinquite, & animum vi-  
cissim gratum & ad quævis honesta obsequia & servitia  
quovis tempore promissimum paratissimumq; à me &  
ipsis expectate, idq; ut faciatis majorem in modum & eà,  
quā par est observantia rogo atq; contendeo.

Deus ter Opt. Max. VV. R.R. A.A. & D.D. omnes,  
& singulas unà cum totâ Ecclesia & Repub. florentissimâ  
clementer regat, potenter tegat, omniq; benedictionum  
genere cùmulet atq; beet, quò sua decens in coro, in fo-  
ro, in thoro sit & gaudijs, in plateis vestris tranquillitas, in-  
tra mœnia vestra salus & prosperitas, utq; misericordia &  
veritas sibi obviam procedant, justitia & pax se mutuo  
exosculentur. Fridlandiæ Calend. Januar. Anno  
Imp. II. erit IUDICIVM.

VV. R.R. A.A. & D.D.

Observanter colens

M. Henricus Biesenthal.

XXXII

# ZYN ΘΕΩ.

**N**signis admodum & jucunda est speculatio, homine Theologico imo quovis Christiano non indigna: ullum scilicet in solemnii illo & universalis extremi judicij non procul absens actu, peccata fidelium & piorum aquae ac infidelium & impiorum in disquisitionem & ventilationem sint ventura, ut p[ro]p[ter]e non minus ac impio rationem reddituri sint judici vivorum ac mortuorum JESU CHRISTO de omnibus suis cogitatis dictis & factis, sive bonis sive malis, deg[er]unt cunctis suis peccatis sive manifestis sive occultis, externis sive internis. Id enim numero non pauca, pondere non levicula S. scriptura testimonia baud obscurè videntur affirmare, ut quando dispensatorem illum iniquum Dominus ratione r[ati]onabat reddere vilificationis sue, Luc. 16, 2: quando Apostolus, DEum occulta hominum judicaturum Rom. 2, 16: unum quemque nostrum pro se rationem DEO redditurum, Rom. 14, 12: Omnes nos manifestari oportere ante tribunal Christi, ut referat unusquisque ea quae fiunt per corpus, pro ut gessit, sive bonum sive malum: 2. Cor. 5, 10: DEum illuminaturum abscondita tenebrarum & manifestaturum consilia cordium, 1. Cor. 4, 5: scribitur. Quando regius vates, DEum cuncta quae fiunt, in judicium adducturum, perhibet, etiam omne occultum, sive bonum sive malum sit, Eccl[esiast] 12, vers. ult. Quando Daniel & Jobannes, libros aperiendos esse testantur, Dan. 7, 10. Apoc. 20, 12. Quando denig[er]at Salvator ipse, nihil esse occultum quod non sit manifestandum.

A. 33

Lxxv

Luc 8, 17. Et de omni verbo otioso homines in die iudicij rationem reddituros, Matth, 12, 36. haud dubitanter adseveratis. Et si que sunt alia S. scripture pronunciata his similia, quorum tanta videtur esse evidencia, ut hinc moti nonnulli, manibus pedibusque in propositi Enthugel affirmativam descendere, eamq; mordacis defendere non dubitent; prater enumerata sacri Codicis testimonia his etiam rationibus nitentes. Quod prases extremi iudicij Christus neminem inauditam causam sit absoluturus vel condemnaturus. 3. Quod non in malum sed bonum finem peccata fidelium sit publicaturus, non ad ipsorum nempè ignominiam. Et confusionem, sed ad commendandam potius DEI gratiam. Et misericordiam. 3. Quod deniq; vel propterea sanctissimorum etiam hominum peccata in sacris literis sint prodita Et publicata.

Contra vero sunt alia non minus insignia Et perspicua divini fæderis testimonia ac rationes, que doppelos contrarium probant Et pro negativa militant, quorum tanta itidem est obtrivia tantumq; robur, ut priorem affirmativam de ponte precipitare negative autem palmam deferre videantur. Ultra ergo sententia prævaleat primasq; teneat, piam certè Et accuratam considerationem meretur, immo jucundam speculationem suppeditat, vereq; Theologicam requirit meditationem cuivis etiam yuonis Christiano necessariam, quippè qua uniuscujusq; novissima, ad preceptum Syracidis c. 6, 40. assidue meditanda, ob oculos ponit; qua iudicij extremi ut Christianæ religionis articuli primarij Agorōwov exhibet in ejusq; cognitionem accuratiorem producit; qua Christianum judicem cum germana sua indole Et facie gratiosissima representat; qua cunctos fideles Et electos DEI filios non peccatorum sorribus amplius inquinatos, sed ab ipsisdem planè repurgatos ἀνεγενήσατο, gloriosos, iozyyēs, Et verè beatos introducit; qua fontem uberrimum omnis solide consolationis aperit; qua simul ad tempestivam seriamq; de peccatis panis

pietatis agendum; fomentum ad fidei ~~vitam~~<sup>vitam</sup> ejus fieri  
viamq; remedium alendam; calcar ad veros usq; armenta<sup>re</sup> si-  
dei fructus edendos, ad vocationis munus diligenter obcunda<sup>re</sup> &  
fidelem DEO & Ecclesia operam navandam; nervos desidij ad  
patientiam & tolerantiam in cruce & afflictionibus prestandam  
subministrat: Et omnibus cuncta complectendo, que animum  
ab his terrenis ad Cœlestia, à mundi hujus vanitatibus & inqui-  
namentis, ad supermundana, ad incorruptibilia, ad incontamina-  
ta, ad divina vocat, eorumq; singulari delectatione occupatum  
detinet, pascit, recreat, ipsiq; DEo tonjangit.

Quæcumq; sint, opera præsum me facturum existimavi  
se & ego in iucundam hanc & verè Theologicam speculationem  
oculos mentis accuratius intenderem, & horis successivis aliquid  
studij conferrem. Re autem in timore Domini paulò altius  
considerata & ad trutinam verbi divini appensa, non affirmas-  
tivam <sup>lym</sup> qd propositi, sed negativam ejusdem, veritati cœ-  
lesti magis consentaneam & orthodoxam deprehendi, quam  
etiam in presenti, Næ Bezæw exercitijs Theologicis loco divinita  
adjuditus gratia defendendam suscipiam, firmissimis & apodicticis  
Scriptura fundamentis & rationibus demonstrurus; piorum  
& fideliū peccata in extremo judicio planè non revelatum aut  
ventilatum iri. Quo factō contrarie sententie fundamenta  
paucis examinabo, veroq; ab initio allegatorum scripture testimoni-  
orum sensu investigato & rationibus profligatis avocatio eius  
conspiciendam dabo:

Iudicij præses tu clementissime IESU  
Eja fave, & Flatu suggere cuncta tuo.

Quia verò rem scire est eandem per causas cognoscere,  
placeat in hujus quoq; Theorematis contemplatione secundum se. Peccata<sup>re</sup>  
vici causarum Efficientis, materialis, formalis & finalis pregrat<sup>re</sup> fidelium in  
di. & hinc demonstrationis nostra fundamenta deponere<sup>extremo</sup> <sup>judicacionem</sup>.  
Quo

Publisorum Quod ad efficientem ergo & praefidem extremi iudicij constat fo-  
rni proba- re illum non Imperatorem Romanum aut Turcum, non Rhada-  
tur. manthum aut Minoa quendam sevissimum, nec alium quempiam

I. A causa sive ex Areopago Attico, sive ex Synedrio Hierosolymitano, sive  
Efficiente. quocunq; alio dicasterio accersitum: sed Dominum nostrum

JESU M CHRISTU M Deum genitum, Immanualem &  
servatorem nostrum clementissimum propter peccata nostra  
crucifixum & mortuum, propter iustitiam verò nostram resu-  
scitatum: Hic enim constitutus est à DEO judex vivorum &  
mortuorum Act. 10, 42. huic pater tradidit omne iudicium Joh.  
5, 22. per hunc iudicaturus est orbem iustitia Act. 17, 31. Et  
quidem non solum, quatenus est filius DEI & augetus in  
dóξis καὶ χαριτεως ὑπέστη Patris, sed etiam quatenus  
filius est hominis & frater noster Job. 5, 27. Unde quoties de  
postremo suo ad iudicium adventu loquitur toties se filium homi-  
nis, ( ut & alias ) indigitat. Matth. 16, 27. 25, 31. 26, 64. Luc.  
21, 27. At verò is fidelibus & fratribus suis non est metuendus  
iudex sed advocatus fidelissimus Rom. 8, 34. 1. Joh. 2, 1. Nan-  
quid ergo is fidelium & clientum suorum detegere & publicare  
peccata? Minime verò faceret enim, quod absit, contra  
officium boni & fidelis advocati, cuius est regere potius in iudi-  
cio quam revelare peccata clientum, eosq; non accusare sed excu-  
sare ac defendere, non de pejori sed meliori nota commendare,  
non redarguendo sed patrocinando causam eorum agere: Face-  
res contra naturam suam, quā est ipsa charitas 1. Joh. 4, 8. & 16.  
cujus est, universa delicta non aperire sed operire, non detegere  
sed contegere, non revelare sed obvelare Prog. 10, 12. 1. Pet. 4, 8.  
Faceret contra iuspropinquitatis & fraternitatis Joh. 15. & 20.  
Faceret contra datam fidem & promissionem suam, quā sancte  
recepit se nunquam recordaturum ulla ym iniquitatum quas  
operatus est peccator ad se conversus Ezech. 18, 22. Faceret con-  
tra mediationis sue officium, & propria vineta caderet, hoc est,

mon.

non tam aliena quam sua ipsius peccata revelaret, sua, inquit, non operatione sed imputatione, siquidem peccata nostra per imputationem sibi appropriavit & sponte in se recepit, propter iesum sufficientissimo nulloque persoluto satisfecit. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostra super eum, & livore ejus sanatus sumus: Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum Esa. 53, 5. Et sic. Ipse iniquos secum in mortem & sepulturam assumit, ut impietate illorum sepulta una cum ipso resurrectionis ejus fruerentur beneficiis quicquammodum ex proprietate lingua Sanctae versiculi 9. dici cap. Esaia elicitur. Ipse est agnus ille DEI tollens, id est, portans & auferens, peccata mundi Joh. 1, 29. Ipse traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter justificationem nostram, Rom. 4, v. ult. Ipse factus pro nobis peccatum, ut nos fieremus justitia in ipso 2. Cor. 5. vers. ult. Hinc ipse exclamat: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor Esa. 43, 25. Ipse quoque est verum illud propitiatorium, per Mosaicum adumbratum Rom. 3, 25. quod Hebraicè dicitur כְּפָר quod est tegere, operire, abscondere, ut, sicut propitiatorium Mosaicum tegebat arcam federis Exod. 25, 20. Ita CHRISTUS tanquam verum כְּפָר propitiatorium seu umbraculum regat & abscondat peccata suorum fidelium in conspectu DEI & hominum; Revelando itaque peccata ipsorum, nomen & omen hoc suum perderet, & ut dixi, propria via cederet. Denique faceret, quod absit, contra coniectum, sibi hactenus morem & praxim perpetuam, que, qualis sit, ex subjectis clarebit exemplis: Vide enim mihi perfidos illos profugos & perjurios discipulos, & inter eos antesignanum Petrum tribus vicibus Dominum suum passionis tempore, turpiter abnegantem gravissimeq; delinquentem, attamen cum reliquis discipulis serio resipiscerentem, acerbèq; peccata sua deflentem! Quid autem

B

autem

Autem Christus à mortuis resuscitatus? Num Petro & collegis  
lapsus & peccata jam antè condonata exprobrat, aut saltē me-  
moriā repetit? Nihil minus; sed q. perpetuā eorundem à puritate  
sancitā, blandissimè illos excipit, pacem offert, dubitantes confir-  
mat, contristatos firmā & solidā consolatione erigit. (Excepio  
hoc unico, quod incredulitatem & cordis duritiem, quā abrepē-  
bis qui viderant eum resurrexisse, non crediderant, neq; ut pec-  
catum agnoverant, ipsis exprobravit, Marc. 16, 14.) Imprimis  
v. quām suaviter Perrum ad mare Tyberiadis demulcit, nullā  
prorsus mentione lapsus gravissimi facta! Joh. 21, 15. & seqq.  
Num ergo hoc suum ingenium & morem in extremo iudicio exue-  
ret? absit, hoc enim inconstantia foret & mutabilitatis, quam  
procul à se removeat Malach. 3, 6. Ego Dominus, inquiens, & non  
mutor. Sed ulterius respice, & contemplare mibi Hiobum  
illum, non jam patientem amplius, sed impatientissimum, & mi-  
ris modis in DEum debacehantem & enorimenter delin-  
quentem. Quid ibi Dominus? agnoscendi peccatum, cub-  
pamq; deprecanti adeò nibil peccatorum deinceps exprobrat aut  
refractat, ut etiā patrocinium ejus contra amicos suscipere, & sup-  
presis malis, bona tamen ejus eloquia proferre, deg; meliori nota  
commendare non dubitet, hunc in modum Themaniten illum E-  
lipham compellans; Hiobi 42, 7. & seqq... Iratus est furor meus  
in te & in duos amicos tuos, quos iam non estis locuti coram me  
rectum, sicut servus meus Hiob: sumite ergo vobis septem tauros  
& septem arietes, & ite ad servum meum Hiob, & offerite ho-  
locustum pro vobis; Hiob autem servus meus orabit pro vobis:  
faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia: Neg-  
nim locuti estis coram me rectum, sicut servus meus Hiob. Hec  
Dominus: ubi non sine magna Emphasi eadem verba, quibus tan-  
quam pro tribunali sedens, iudicium fert de Hiobo, dictaq; ejus  
sua approbatione justificat, iterando ingeminat, argumento infal-  
libili, se nihil amplius peccatorum ejus jam ante remissorum agno-  
scere.

Scere autem meminisse velle; eundemque se futurum erga filios quoque  
fideles in novissimo iudicio. Huc refer quoque, slibet, insignem  
illam dulcissimamque de patre filij prodigiis & perditis parabolam.  
Luc: 15, in qua vivam sui imaginem & germanam indolem erga  
peccatores respicientes tanquam in tabula depictam Salvator ex-  
pressit. Quid ergo hic pater? Num filium reducem & resi-  
pescientem objurgat? num delicta juventutis reprobat, aut vel  
verbulo eorum recordatur? Nequaquam: sed contra potius, ob-  
vius ipsum ultius amplexatur, exosculatur, stolaque primaria, annulo  
& calceamentis exornatum laudissimo convivio excipit, immo fra-  
trem seniorem propterea murmurantem & peccata fratris odie-  
sè refricantem & exaggerantem compescit, & gaudere potius,  
fratrigique quod mortuus revixerit, perditus inventus sit, congra-  
tulari jubet. Quorsum hoc? ut intelligamus, Christum ceu  
patrem blandissimum filiis suis quantumvis in hac vita prodigis  
& perditis, vera tamen paenitentia ad ipsum conversis, nulla  
quaque peccata, quocunque tandem illa nomine veniant in novissimo  
die reprobaturum, nec cuicunque, ut hoc facere ausit, concessurum  
esse. &c.

Efficientem vidimus. Videamus nunc materialem, que  
nobis non sunt impii aut infideles; de illis enim extra controver- II.  
siam est, quod eorum peccata etiam minima sint publicanda &  
satis anhelitos examinanda: sed pii, sed fideles, sed electi & dile-  
cti D & I filii, eorumque lapsus & peccata sive atrocias sive levicula,  
manifesta sive occulta, de quibus tamen in tempore gratiae serio  
resipuerunt. Deoque sunt reconciliati. Hec Rhodus, hic saltus  
exhibendus. Horum itaque peccata in extremo iudicio non ira  
publicatum aut ventilatum, sic demonstrare pergo:

Credentes non venient in iudicium teste servatore Ioh. 3, 17.  
qui credit in me non iudicatur, & Ioh. 5, 24. qui credit ei qui  
misit me, in iudicium non venit; quod non solum de condamna-  
tione, sed etiam de revelatione aut cognitione peccatorum est in-

2.  
selligendum, ut eleganter explicat clarissimus ille Rungius disserit  
in 2. cap. Epistola ad Romanos. Necessaria igitur consequen-  
tia vi sequitur, peccata fidelium in extremo iudicio non esse publi-  
canda aut discutienda; secus enim si fieret, veritas Christi labo-  
raret, quod adūbat. Et cogitare acceperat.

Christo suffragatur Apostolus Rom. 8,33. 34. in hac verba  
erumpens: Quis intentabit crimina adversus electos DEI?  
DEus est, qui justificat. Quis est qui condemnnet? Christus est  
qui mortuus est Eccl. Infero hinc, si nemo electos DEI accusa-  
bit aut condemnabit, quis igitur peccata illorum, quos DEUS  
ipse non modo insontes, sed etiam prorsus justos in Filio pronun-  
ciat, publicare aut examinare presumet? O insignem nauphthios  
Et nemidymov filiorum DEI! sed pergamus.

3.  
Peccata fidelium sunt hic remissa Et testa Psal. 32. 2. sunt  
prorsus oblivioni tradita Esa. 43, 25. Ezech. 18, 22: sunt in profun-  
dum maris projecta, ut nunquam inde protrahantur Mich. 7,  
19; sunt tam procul a piis remota, quam procul distat ortus ab occi-  
idente Psal. 103, 12. sunt sanguine Christi deleta, Et in medio  
sublata. Esa. 43, 25. Coloss. 2, 14. per mortem u. plane abolentur,  
Et ab ipsis mortui penitus liberantur Rom. 6, 7. Imo ipsa etiam  
radix peccatorum per destructionem Et putrefactionem corpo-  
rum fidelium in sepulchris plane extirpatur, ut quod seminatum  
est in corruptione, surget in incorruptione, quod seminatum est  
in ignominia, surget in gloria, quod seminatum est in infirmitate,  
surget in virtute, 1. Cor. 15, 43. Quod autem mors Et corru-  
ptio prestat in defunctis fidelibus, id ipsum prestat subita trans-  
mutatio in his, quos dies Domini vivos apprehendet d. l. u. st.  
Et seqq.

Singula hae dicta singulas pariunt demonstrationes si in  
formam syllogisticam redigantur: Sive enim ut in p. vel li-  
teram, sive secundum Declaracionem accipientur, parum interest quo  
ad summam rei, de qua agitur, quam nihilominus validissime  
adseritur.

adstruunt & confirmant: Sed inßtar omnium unicus hic  
est syllogismus ex modò allegatis scripture testimonijs conci-  
natus.

Quicquid hic remissum & teclum: oblivioni traditum: in-  
profundum maris projectum & demersum: longissimè remotum:  
sanguine Christi deletum & è medio sublatum: per mortem de-  
nię & corruptionem plane destructum, abolitum & extirpa-  
tum est, id profectò in novissimo demum die in cognitionem &  
ventilationem venire nequit:

Sed peccata fidelium suu Electorum sunt hic remissa, sunt  
tecta, sunt oblivioni tradita, sunt longissimè remota, sunt sanguine  
Christi deleta & è medio sublata, perq; mortem & corruptio-  
nem tandem plane abolentur & extirpantur: Ergo in extremo  
demum die in publicationem & ventilationem venire nequeunt.  
Connexio majoris validissima est & evidentissima, si enim in-  
lacem protraherentur fidelium peccata aut examini subjicerentur  
in extremo iudicio, nullo modo essent aut dici possent his remissa  
tecta, oblivioni tradita, remota, deleted, abolita &c. Minor jua  
luce ex apertissimis supra positis scripture testimonijs acquista  
lucet. Stat igitur firmo fato conclusio. Velsi mavis, brevius ita  
arguo: Non Entis nulla sunt accidentia, nulla qualitates; Re-  
gula est Logicorum verissima: Sed peccata fidelium in novissi-  
mo die erunt non entia, quippè prorsus tecta, deleted, è medio sub-  
lata, eradicta, abolita, annihilata & oblivioni traditae: Ergo  
eorum nulla erunt accidentia aut qualitates; Et per consequens,  
nulla eorum in extremo iudicio revelatio aut ventilatio emerget  
de ea.

Huc quoq; non parum facit, quod Ecclesiam sibi Christus ex-  
hibiturus est gloriosam, non habentem maculam aut rugam pec-  
catorum aut aliquid hujusmodi, sed que sancta sit & irreprehen-  
sibilis Ephes. 5, 27. quod in hac quidem vita sit imputative, per  
imputationem videlicet justitia Christi fide apprehensa: post  
hanc

+

hanc u. vitam in die restitutio[n]is omnium etiam habitualiter per inherenterem scil: ipsi natura justitiam, & sanctitatem omni modo perfectam, ubi sublata est natura radicatus peccato, electi plane erunt sine ruga & macula, & r[er]e[ct]a q[ui]c[um]que & irreproben sibiles, immo iouyresi. Mattb. 22, 30. reipsa id, quod Christi merito ipsis impetratum & fide hic applicatum est possidentes, & instar sponsa glorioissima sine omnibus peccatorum sordibus & nevis in conspectum sponsi sui prodire gestientes Apoc. 19, 7. 8. e. 21, 2. & imaginem caelstis sui Adami portantes i. Cor. 15, 49. Confer Psal. 45. v. 10. & seqq. Esa. 4. vers. 3. e. 61. v. 17. Apoc. 7, 9.

Atq[ue] hinc est, quod triumphum quoq[ue] agent non tantum de morte & inferno sed etiam de stimulo mortis, id est peccato plane tunc absorpto, abolito & annihilato, eiq[ue] insultabunt in has voces latenterumpentes: Absurta est mors in victoria, ubi est mors stimulus tuus? &c. DEO autem gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum i. Cor. 15. 54. & seqq. Que omnia & singula meridiana luce clarior ostendunt nulla fidelium peccata in extremo judicio posse agnosci, publicari aut examinari. Quid? quod p[ro]p[ter]a sint futuri assessores in extremo judicio, simul judicatur mundum seu impias gentes & angelos malos. Sap. 3, 8. Mattb. 19, 28. Luc. 22, 30. i. Cor. 6, 3. non ergo ipsi metu judicandi aut de peccatis suis examinandi.

III.  
A causa extremi judicij actum, tum canonem & normam secundum formalis. quam sententia judicialis erit pronuncianda, exhibebit. Quod ad actum novissimi judicij, illu[m] à Christo ipso Mattb. 25. ita descriptum habemus, ut cuius[que] vel leviter saltem attento clarissime pateat, comparituros quidem aquae p[ro]p[ter]a atq[ue] impios coram judice vivorum & mortuorum JESU CHRISTO, sed ita, ut mox ab impijs separantur p[ro]p[ter]a & ad dextram judicis collacentur, audituri, non peccatorum suorum publicationem aut ventilationem, de qua ibi altum silentium, sed latissimum hoc judicis clementissi-  
mum

**M**isericordia est p̄m̄q̄: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis à constitutione mundi. Qua latissima & amicissima compellatione ab omniformidine iudicij, hoc est, revelationis & examinio peccatorum suorum liberati, solemniter aeterna vita heredes proclamabuntur & inauguraruntur. Ita autem toti mundo innoteſcat illos verè & re ipsa tales esse, quales ipsos Iudex proclamabit, benedictos videlicet patris & heredes regni cœlestis, producet ipsorum opera, non quidem malas (de illis enim in hac vita pænitentiam egerunt, ideoq; ipſis condonata sunt, & obliuioni tradita, immo prorsus deleta & abolita) sed bona tantum & misericordia potissimum opera, quibus Christum in membris suis esurientem cibarunt, sitiensem refocillarunt, exultantem suscepérunt, denudatum uestierunt, agricantem inviserunt, incarcerated acceſſerunt, quibusq; ceu uestibus, documentis ac munitionis illustribus in hujus vita curriculo demonstrarunt, fidem suam non in nuda hypocriti & gloriacione, secundum illud, Domine, Domine &c. sicam, sed verè vivamus & per charitatem efficaciter operosam fuissē. Cum enim fides in Christum, quā solā justificamur & salvamur, non incurvare in hominum oculos sed soli D̄eo rapido rōvacy sit obvia, iudicium verò futurum sit visibile, ingreditius humani generis oculos incursum, idcirco charitatis opera velut fructus & munera fidei in corde latentis necessariò producentur & praeditabuntur.

Quod ad canonem seu normam secundum quam iudicij extremitati sententia pronunciabitur, erit ea non humana rationis iudicium aut lex civilis, quia non erit iudicium civile; neq; secundum visionem oculorum, neq; secundum auditum aurum iudicabit Esa. 11.3: nec erit vox Decalogi; sic enim nemo bonum non modò peccatorum suorum publicationem, sed aeterna quoq; damnationis sententiam effugeret, cum lex seu Decalogus omnia, (id est omnes homines & illorum opera) sub peccato concludatur.

Gal.

Gal. 3, 22. Et maledictionis fulmen vibret in omnes sine discrime, qui non perfectam ei obedientiam praesiterunt Deut. 27, 26. Gal. 3, 10. Sed vox Evangelij de servatore nostro JESU CHRISTO, extremi judicij norma erit, teste Apostolo Rom. 2, 16. Christus judicabit occulta cordium secundum Evangelium meum. Et servator ipse, sermo, inquit, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die Job. 12, 48. Idem innuit Johannes Apocal. 20, 12. cum ait: Et liber alius apertus est, qui est liber vita; hic enim liber vite Evangelium denotat juxta quod judicabuntur pijs. Jam vero Evangelium in creditibus et pijs nulla agnoscit aut examinat peccata, sed potius eadem tegit et ueste iustitiae Christi eternum tecta et operta fore constanter promittit, juxta superius in causa materiali allegata testimonia. Quid? quod in hoc libro seu Canone sententia judicialis seu decisiva jam ante concepta et expressa est, Job. 3, 18. Qui credit in Filium, non judicatur, qui vero non credit jam judicatus est, quia non credit in nomen unigeniti Filii DEi; et vers. 30. Qui credit in Filium habet vitam eternam: qui non credit in eum, non videbit vitam, sed ira DEI manet super eum. Audis credentes in filium DEi non judicatumiri; Ergo nec mala ipsorum opera publicabuntur aut examini subjiciuntur. Sed bona tantum; sicut contra infidelium opera producentur, ut hinc tanquam ex fructibus in oculos incurrentibus de arbore judicetur, et sententia definitiva feratur.

Hucusq. Formalis. Restat Finalis, ad quam lustrandam A causa finali. omnem trahimur descendimus. Causa autem finalis propter quam hoc universale judicium instituetur, est, definitio Clarissimo Lobeckio disput. 17. in Confess. August. ut Deus se suamq. sapientiam, iustitiam et bonitatem pijs commuicare et felicitatem suam eis impetrare posse, et ipsis veritati, bonitati et iusticie satisfiat, quae postulat, ut que promissa fuerat tam bonis bonorum, quam malis malorum operum merces, plena cuig, reddatur, dicen-

*Dicente Apostolo: Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisque pro ut gessit in corpore sive bonum sive malum 2. Cor. 5. 10. Item ut singuli piorum in amissam possessionem nemparadiisi et vita eterna restituantur, et in plenam possessionem omnium bonorum, que Christus illis promeruit, collocentur, et ita perfectae justitiae, vite, latitie, et glorie aeternae possessionem et fructum consequantur Matth. 25, 34. Rom. 2, 5. 6. 2. Tim. 4, 8. Apoc. 2, 7. Impii vero in gehennam et crucifixi eternos abjiciantur Matth. 25, 41.*

*Hactenus Lobechius. Efficitur hinc, impiorum quidem hypocrisia et scelera coram tribunal Christi detectum et examinatum iri, ab declarationem scilicet justi judicij divini, ut sic tota mundo de justissima damnationis sententia, ejusdemque executione, justissima constet; piorum vero non item, nulla enim hujus detectionis aut examinis causa exprimitur, nulla etiam deprehenditur, sive Deum sive homines spectes. Quod enim ad Deum vel in non ex malis, sed bonis fideli operibus producendis et gratis remunerandis gratis coronandis, veritatis, bonitatis et justitiae laudem ac gloriam reporbarunt, siquidem iustum est apud Deum, ut ait Apostolus, reddere prius in hac vita tribulationem perpeccisis, relaxationem in revelatione Domini IESU de celo. 2. Thessal. 1,7. Quod ad homines, ipsos scilicet fideles, horum non malis sed bonis operibus merces erit reddenda, horumque non, ex malefactis ignorancia, sed ex benefactis et fidei fructibus gloria erit revelanda, juxta haec disertissima Apostolorum D. Pauli et Petri testimonia. Pauli: Coloss. 3, 4. Cum autem Christus apparuerit vita nostra, sunt et vos apparebitis cum ipso in gloria. Rom. 8, 18. Statuo quod non sint condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam qua revelabitur in nobis. Petri: 1. Epist. 1, 7. ut probatio vestre fiducie in multo pretiosior auro per ignem probato inveniatur (cedat vobis) in laudem et gloriam in revelatione IESU CHRISTI. Unde et Paulus novissimum diem nominat diem revelationis*

nisi justi iudicij DEI, qui redditurus sit unicuique juxta facta sua  
hic quidem gloriam & honorem & immortalitatem, qui perseveran-  
tes in bene agendo querunt vitam aeternam Rom. 2, 5. 6. 7.  
Hinc jam puto satis super ergo constare, nullam omnino causam, ob-  
quam peccata fidelium in novissimo die publicanda aut discutien-  
da sint, posse ostendti. Cessante igitur causa cessabit utique effectus.  
Quod erat demonstrandum.

Aitq; hoc pro confirmatione sententia de non publicandis  
in extremo iudicio fidelium peccatis in medium protulisse suffi-  
ciat. Quibus majoris illustrationis ergo adscribere placet que  
præstantissimus Theologus D. David Rungius in caput 5. posterioris  
Epistole ad Corinthi: & quidē ad illa verba: omnes nos manife-  
stari oportet ante tribunal Christi &c. hunc in modū cōmentatur:  
Presens testimoniam Pauli ostendit, quinam sint iudicandi: O-  
mnes nos manifestari oportet; Non ergo tantum impij predibunt  
in iudicium sed etiam pij. Et quidē Paulus seipsum una incla-  
dit pronomine addito. Hoc vero non videtur satius convenire  
cum assertione Christi Joh 3.18. qui credit in filium non iudicatur:  
Job. 5.24. Qui credit habet vitam aeternam, & in iudicium non  
venit, sed transiit à morte in vitam.

Nulla vero in his dictis est contrarietas propter à μορφολογία  
vocabuli: iudicium enim quando in forensi significatione usurpe-  
tur in scriptura, interdum condemnationem significat, ut iudicium  
mortis est viro huic, id est, sententia mortis dignus est  
hic. Jerem. 26.11. Deinde ipsam cause cognitionem, qua sit in ju-  
dicio Jer. 2.35. Iudicio contendam vobiscum. Tertio moderationem  
sive iuris in executione late sententia. Jer. 30.11. Castigabo te  
in iudicio, hoc est, servato moderamine. Quartò deniq; significatio  
actum iudicij quo iudex & partes ad tractationem causarum con-  
veniunt. Omnes igitur pij verè ac finaliter in Christum creden-  
tes non veniunt in iudicium secundum tria priora significata:  
Nam à damnationis sententia liberati sunt Rom 8.34. Neg. illorum  
pec-

.pecc.

peccata venient in cognitionem aut publicabuntur in iudicio extre-  
mo, quia sunt deleta sanguine Christi Col. 2.14. Deus projecte o-  
mnia peccata nostra in profundum maris - Mich. 7.19. nec recordatur  
eorum amplius. Esa. 43. 25. Neg. ulla pena p̄ys in extremo iudicio est  
metuenda. Ut enim peccata non sunt ventura in disquisitionem,  
ita pena si uul omnes evanescent propter plenissimam Christi sa-  
tisfactionem, quā tam culpa quam pena peccati plenē est expiata.  
Esa. 53.5. Si ergo pena nulla, ergo nec moderatio earundem poterit  
babere locum.

Relinquitur quarta significatio vociis, secundum quam crea-  
dentes & Electi dicuntur comparituri in iudicij extremi actu, lo-  
candi angelorum ministerio ad dexteram judicis, ad audiendam  
publicationem sententiae, que per vocem Evangelij in orbe jam  
ante sonat, nimirum: Venite benedicti patris mei & heredita-  
tem adite regni parati vobis ab exordio mundi. Matth. 25.34.  
Hactenus Rungius.

Jam porrò difficiendum, quid sibi velint contrarie senten- Respolio ad  
dicta pro  
centaria  
tie fundamenta ab initio collocata, quidvè in illis praevidit sit re-  
positum. Esi enim prima fronte contrariam affirmativam bāud sententia  
leviter stabilire videntur, penitus tamen introspecta & accura- allegata  
tius examinata parum aut nihil pro ipsa facere deprehendun-  
tur.

Nam 1. Exemplum de iniquo dispensatore ad rationem. Ad exem-  
plum de  
reddendam protracto Luc. 16. est ἀπερδόνον, hic enim non de inquis, injustis & mala fidei dispensatoribus seu potius dispe-  
n-  
satoribus, qualiter ille apud Lucam describitur, quæstio est: illi spensatore.  
enim dubio procul accuratam male administrata provinciaru-  
tionem in extremo iudicio sunt reddituri: sed de fidelibus & p̄ys,  
qui serio id egerunt, ut omnia sua facta & totam Oeconomia con-  
credita administrationem Domino suo probarent, quiq; retinue-  
runt fidem & bonam conscientiam. Hi quidem rationem red-  
dent sua dispensationis, verum non quam male sed quam bene ei-

dem presuerint, quām fideliter officio suo perfuncti sint, & quām  
benē talenta sibi commissa collecarint, ut Dominus rationem ex-  
gens, illam ut optimè subductam suo calcuto non possit non appre-  
bare, eosq; de benē administrata provincia pleno ore tollaudare,  
& amplissimam remunerationem (gratis tamen) polliceri, ut  
similitudine fidelium servorum ipse CHRISTUS ostendit Matth.  
25.21.23. Quando Dominum familias servos sue functionis ratione  
reddentes & benē consistentes, ita ngl: id est sigillatim compet-  
lantem introducit: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca  
fausti fidelis, super multa te constituam, ingredere in gaudium  
Domini tui.

3.  
Ad dictum  
Pauli Rom:  
14.12.  
Quando de p̄s & fidelibus sermo est, intelligendum venit. U-  
nusquisq; nostrum, pro se rationem reddet DEO; ita scilicet, ut in  
examine illo consistere: DEO; rationem exigenti, se suig; mu-  
neris administrationem probare queat: Verba enim sunt intelli-  
genda secundum subjectam materiam, ut in logicis docemur.

3.  
Ad reliquā  
dicta ex  
Epistolis  
Paulinis  
Ecclesiaste  
Evāgelistis  
Daniele  
& Apoca-  
lypsi pro-  
ducta.  
Ex hac declaracione reliqua etiam dicta in contrarium alle-  
gata plurimam partem inclarescunt. Quando enim Paulus in-  
quit, DEum judicaturum occulta hominum Rom. 2. Item omnes  
nos manifestari oportere ante tribunal Christi, ut referat unus-  
brarum 1. Cor. 4. Quando item Salomon, DEum cuncta que fu-  
nt, in judicium adducturum, etiam omne occultum sive bonum  
sive malum, Eccles: 12. perhibet: Quando Daniel & Johannes  
libros aperiendos esse testantur, Dan. 7. Apoc. 20. Quando Sa-  
vator ipse, nihil esse occultum, quod non sit manifestandum Lue-  
8. Item, de omni verbo otioso homines rationem reddituros in-  
die judicij Matth. 12. adseverat: Non hoc volunt, quod priorum  
aque ac impiorum peccata in extremo judicio sint manifestanda  
& examinanda, ut quidam per ἀναστάσην εἰσέγγειλον, & errore της  
μνήμης ερεverū, item τὰ μεταπόθετα λεγόμενον paralogizant; Sed  
hoc saltem. 1. Quod judicium illud futurum sit publicum & ma-  
nife-

nisi sum adeoq; justissimum, ideo enim revelatio justi judicij DEI  
vocatur Rom. 2,5. 2. Quia verò secundum uniuscujusq; fidem  
& incredulitatem judicabitur de persona, sive justa en inusta,  
sive in gratiâ apud DEUM an non, sive vita an mortis, calo an  
inferno, saluti an damnationi eterna adjudicanda, juxta expres-  
sum illud salvationis ac damnationis decresum à Christo ipso pub-  
licatum Job. 3,36. Qui credit in filium, habet vitam aeternam,  
qui verè non credit in eum, non videbit vitam, sed ira DEI ma-  
net super eum. Item Marc. 16,16. Qui crediderit & baptiza-  
tus fuerit, salvus erit, qui v. non crediderit condemnabitur;  
Quia igitur, inquam, secundum uniuscujusq; fidem & increduli-  
tatem judicabitur de persona in publico illo & justo iudicio, fides  
verò abscondita latet in cordibus, & hypocrita quoq; plurimum  
de ea gloriabuntur Matth. 7,22. Volunt predicta oracula, quod  
omnes futuri simus manifestandi coram tribunali Christi; quod  
abscondita tenebrarum sint illuminanda; occulta cordium rete-  
randa, libri aperiendi, omnia hominum opera bona (nempè fide-  
lium) & mala (puta infidelium non fidelium) in iudicium ven-  
tura, adeoq; omnia peccata manifesta & occulta (hominum sus-  
cit impiorum non piorum) in apricum producenda, haud certe  
propter judicem nge diu yas lu, sed propter orbis totius testimo-  
niū, evidentioremq; iustitiae divine declarationem, ut nimis ex hac  
manifestatione totus mundus de uniuscujusq; fide, fuert-  
ne viva an mortua, vera an hypocrita seu nulla, judicare & qui-  
nam verè fuerint credentes, ideoq; dilecti DEI filij & benedicti  
patris celestis, aeternâ mox vitâ & gloriâ beandi, qui verò incre-  
dui & hypocrita, ideoq; maledicti & DEO exosi ac abominabiles,  
in ignem eternum mox & merito precipitandi, palam agnoscere  
queat. Et hinc quoq; est, quod non tantum de manifestazione  
occultorum, de revelatione honorum & malorum operam &  
dicta allegata loquantur, sed finalis etiam sententie promulgatio-  
nem & executionem secundum operas sive bona sive mala futuram

C 3

effe

esse pronuncient; ut referat, ait Paulus, unusquisque que sunt  
per corpus prout gerit sive bonum sive malum 2. Cor. 5.10. Item,  
qui redde unicuique secundum opera ejus. Rom. 2.16. suffragatur  
Christus ipse Matth. 16. 27. Et Johannes, iudicati sunt, inquiens,  
mortui ex his quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum  
Apocal. 20.12. Secundum opera enim iudicium fiet recompensatio de fide,  
qualis illa fuerit, vera an hypocrita? Emporium vero de persona  
ipsa, qualis illa sit, justa an injusta, et num premiis ornanda, an  
vero penitentia sempiternis. Huc faciunt, que super alle-  
gata paulo ante Apocalypses verba notat Lucas Osiander insignis  
ille Paraphrastes Biblicus: Recite inquietus, ex operibus malis  
damnabuntur impi, quia mali illi fructus arbores malas et e-  
terno incendio dignos ipsos esse testantur. Eorum autem qui  
pancentiam egerunt, et in Christum crediderunt, mala opera  
non venient in illud iudicium, quia remissa sunt et Christi meri-  
to teatra: sic enim psalmus ait: Beati qui remissa sunt iniqui-  
tates et quorum teatra sunt peccata. Psal. 32.1. Ideo Christus eorum  
peccata ipsi in die novissimo non exprobrabit, sed bona tantum  
ipsorum producit, dicens: Esurivis et dedisis mihi manducare.  
Matth. 25.25. Quia bona opera testantur de vera fide in Chris-  
tum, per fidem autem iustificamur et solvamur. Hec Osiander.

His ita declaratis et ad oculum demonstratis, relinquitur  
anterior esse, quicquid de peccatis fidelium in extremo iudicio  
publicandis et examinandis, accumulatione supra dictorum  
sacra scriptura testimoniarum perperam intellectorum adseri-  
tur.

4. Et simul expirat, quicquid de bono hujus publicationis fine  
Ad ratio- de commendanda scilicet hoc pacto gratia et misericordia divina  
nem a fine adducitur. Nam non entis nulla sunt qualitates, nullus finis. Et  
bono seu nonne, quo, exuberanter et abundantius divitiae bonitatis ac  
ab utili gratia divine hinc promanant et conspicua sunt, hincq; magis  
distant. et melius commendantur, quod ita remissa et condonata esse  
cre-

et credentibus peccata statuamus, ut nunquam amplius eorum  
meminisse, & quasi nunquam perpetrata reputare  
contra verò bona tantum ipsorum facta in lucem producere, præ-  
mij sibi eternis remunerare velit Dominus, nonnè, inquam, hinc  
melius conspicitur magisq; commendatur gratia, bonitas & misericordia  
divina, quam si peccata priorum ante remissa, tecta, abo-  
lita, oblivionis tradita, de novo rursus, in conspectu totius mun-  
di patefactum & ad vivum resectum iri censeamus? nonnè hoc  
potius inconstans & mutabilitatis DEum argueret, quam ali-  
cujus gratie nomine commendaret, quod ita peccata remitteret,  
ita tegeret & oblivioni traderet, ut eorum denuò recordaretur,  
illaq; coram toto mundo patefaceret, cum tamen in verbo suo,  
nunquam illorum se amplius recordaturum, sanctè affirmasset?  
Nonnè deniq; id odiosa potius exprobrationis quam gratiose con-  
donationis speciem præse ferret? quod tanquam indecens etiam  
inter homines fieri prohibet Syracides cap. 8, 6. Si quis, inquiens,  
serio resipiscit, nolite eipscatum admissum exprobaret. Ludit igi-  
tur hac ratio Elencho naegi tò pñ qñov wñ alio.

Neg<sup>z</sup> est ut vereamur, Christum diuine illæ inaudita can.  
sâ quemquam vel absoluturum esse vel condemnaturum, ut con-  
trarie sententie patrōni errore naegi in emō pñpoy decepti metuunt. Ad ratio-  
nem à pro-  
prio ad-  
 juncto  
Nonnè enim judex iste xρdiovvώςη, est, exactè, quinam sint sui, seu officio  
perfictum habens, 2. Tim. 2, 19, & in individuo cognoscens nomi-  
natimq; oves suas vocans? Job. 10, 3, 14, 27. Nonnè hypocrita judicis  
rum quoq; opera exquisitè cognita haber? juxta illud Apocal. 3,  
15. Scio opera tua, quia neg<sup>z</sup> frigidus es, neg<sup>z</sup> calidus, unde non  
opus ei fuerit secundum auditum aurium, id est, secundum allega-  
ta & probata judicare, & sententiam pronunciare. Esa. 11, 3.  
Nonnè præterea libri sunt aperiendi Apocalip. 20, 12,  
ex quibus, quid quisq; boni aut mali egerit, promissimum erit  
cognoscere? Nonne deniq; judex xρdiovvώςη omnia occulta  
cordium & tenebrarum, eo, quo supra dixi modo, est manifesta-  
turus, & tunc bona opera fidelium, tunc mala infidelium ceu te-  
stificatus.

Resoculares vel fidei vel incredulitatis in conspectum totius orbis producturus, ut mundus universus justitiae laudem ipsi tribuere cogatur, acclamando, justus es Domine & rectum iudicium tuum.

6.  
Ad rationem à sancto rum exemplis petitam. Quod verò tandem ad exempla sanctorum, quorum extans gravissimi etiam lapsus, & peccata enormia, non quidem ad ipsorum ignominiam & confusionem, sed ad commendandam potius DEi misericordiam & patientiam erga pénitentes, consignata, attinet, error est comparatorum sive parium, non enim hic militat eadem seu par ratio siquidem isti lapsus & peccata sanctorum, non propter ipsos sanctos, quibus à DEO remissa sunt & tecta, sed propter alios similiter delinquentes & peccantes, sunt literis prodita & memorie consecrata, ut & ipse pénitentiam agant, & resipiscentes de gratia & misericordia DEI non different, sed meditatione horum exemplorum bono sint animo certamq; fiduciam concipient, DEUM ag; sibi ipsis resipiscientibus fore proprium, atq; fuit Davidi, Monasse, Petro, Paulo, Marie Magdalena & alijs ad ipsum conversis peccatoribus; & aquè sibi peccata quantumvis atrocia condonaturum atq; illis, uti Apostolus hunc finem & usum monstrat, cum ait: Rom. 15, 4. Quaecunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Et hinc ipse proprium suum exemplum omnibus pénitentibus & in Christum credentibus ad consolationem proponit. 1. Timoth. 1, 13. & seqq. ita inquiens: Ego prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum; quia ignorans feci incredulitatem. Superabundauit autem gratia Domini nostri, cum fide & dilectione que est in CHRISTO IESU. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod CHRISTUS IESUS venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet CHRISTUS IESUS omnem patientiam, ad informationem (τεκνοποιίαν, ad expressum

pressum, vitum & illustre exemplar) eorum qui crediderit sine  
ipse ad vitam eternam. Audis, cur sua ipse prodiderit peccata  
Apostolus, cur se vocitarit blasphemum, persecutorem & contu-  
meliosum, in modo primarium peccatorem, qui tamen misericordiam  
consecutus sit, nimis propter alios peccatores quantumvis  
grandes & sceleratos, ut illus instar vivi & maximè illustris ex-  
empli esset, quod ipsa praxi de gratia & misericordia DEI erga  
miseros peccatores predicaret, eosque ad resipiscientiam & gratiam  
DEI Christi, meritum amplectendum invitaret. Alia vero  
erit ratio in extremo iudicio, ubi paenitentia, & misericordia di-  
vine adipiscenda non amplius erit locus, ideoque finis ille, propter  
quem debebant scilicet fidelium peccata manifestari, ibidem cessat.  
Cessante verò fine, cessat id quoque, cuius est finis, ut regula ba-  
bet logicorum.

Hec sunt, bene vole & Christiane lector, que jam per o-  
tium, divino mediante auxilio, de proposita insigni questione  
ac Theoremate Theologico, breviter consignare, tecumque lubens  
communicare volui, ut pia contemplatione in Iesu te oblectandi ma-  
teriam, accuratius verò de illis meditandi, & meliora  
propediem adornandi, ansam tibi & occasionem subministra-  
remus.

DEus ter Op. Max. suâ cœlesti nobis omnibus, qui verè fi-  
deles & p̄i perhiberi volumus, adsit gratia, ut tremendi illius  
iudicij mox appropinquantis nunquam non memores, deposita  
securitate profana negligente iram & iudicium DEI, studiissime  
omnis generis peccata tam occulta quam manifesta caveamus;  
delicto autem preoccupati & lapsi, seriam hic in tempore gratiae &  
die salutis paenitentiam agamus, inḡ timore DEI, fidei, & pieta-  
tis exercitio nos contineamus, & dum tempus habemus, bonum  
operemur, officij demandati munia diligenter & fideliter obea-  
mus,

D

mus,

mus. Et conuictio nostra rationes bene subductas habeamus, b*ea*  
namq*ue* militiam militemus, retinentes fidem & bonam conscientiam, ut digni inveniamur, qui, qua ventura sunt imp*re*ys effu-  
giamus, intrepidog*ue*, vultu compareamus & constitamus coram  
Filio hominis, cum venerit in gloria patris sui, cum angelicis  
suis sanctis, audituri non peccatorum nostrorum publicationem,  
sed latissimam hanc & exoptatissimam ad singulos nostrum  
directam *περὶ φωνὴν*: Euge serve bone & fidelis! in exiguo  
fuisti fidelis, constitua te super multa, ingredere in gaudium  
Domini tui, Amen. Etiam veni Domine *JESU*; Amen.  
Tibi cum Patre & Spiritu Sancto, benedictio & gloria  
& sapientia & gratiarum actio, & honor, & vira-  
tus & fortitudo in secula seculorum.  
*Amen.*



REVE-

**REVERENDO AC DOCTIS-**  
**SIMO VIRO,**  
**DN. M. H E N R I C O**  
**BIESENTHALIO.**  
College & Compatri su odilectiss.

S.

**H**audquaquam haudquaquam, Deus  
Optime Maxime, nostras  
Producat labes, ultimus ille dies;  
Quas Sol - justitia consumpsit, ut amula soli  
Nostra salutifero corda nitore micent.  
Cum video intactos nivium splendescere floccos,  
Et restangnantis vasta barathra maris:  
Candeo, sic, inquam, preciosę sanguine Christi,  
Et scelus omne meum talis abyssus habet.  
Invide dispereas Acolasti frater, ovanti  
Fratris ut exprobras facta nefanda patri!!  
Anellum, vestem, convivia & oculia cernis;  
Qua designarit crimina, nulla vides.

D. 2.

Hic

Hic velut in puro speculi labore nescit  
Propria venturi Iudicis effigies.

Ista, BESENTHALI, Ciceronis ab ore  
politus,

Theologaq; pie doctus in arte, probas.  
Dumq; probas, dubiam reddis pro tempore  
mentem,

Dicere num quisquam doctius ista queat.  
Macte BESENTHALI doctissime  
talibus ausis,

Quem pigra Livoris germina flere jubes.  
SIC, MICHRISTE, tuo nos omnes san-  
guine mundes,  
Ut videant faciem crimina nulla tuam.

M. Christianus Böclerus  
L. Mq; apposuit.

re d  
v



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737576480/phys\\_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737576480/phys_0031)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737576480/phys\\_0032](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737576480/phys_0032)

DFG

et redentibus peccata statuamus, ut nunquam  
meminisse, & quasi nunquam per  
contra verò bona tantum ipsorum facta in li-  
mij sij aeternis remunerare velit Dominus,  
melius conspicitur magis commendatur gr-  
rericordia divina, quam si peccata pitorum ani-  
lita, oblivionij tradita, de novo rursus, in-  
di pates factum & ad vitium resectum iri ce-  
potius inconstans & mutabilitatis DEum  
cujus gratie nomine commendaret, quod ite-  
ita tegeret & oblivioni traderet, us eorum  
illag̃ coram toto mundo patesceret, cum  
nunquam illorum se amplius recordaturum  
Nonnè deniq̃ id odiosa potius exprobatione  
donationis speciem præse ferret? quod tanq̃  
inter homines fieri prohibet Syracides cap. 8,  
serio resipiscit, nol ei peccatum admissum es-  
tur hac ratio Elencho naeg̃. id pñ q̃lq̃ iñw d

Neg̃ est ut vereamur, Christum dirigui-  
sā quemquam vel absoluturum esse vel condic-  
trariz sententia patrōni errore naeg̃. id em̃ ip̃a  
Nonnè enim iudex iste naeg̃. id em̃ ip̃a  
perspectum habens, 2. Tim. 2, 19, & in indu-  
natim̃ oves suas vocans? Job. 10, 3, 14, 2  
rum quoq̃ opera exquisitè cognita habet? p  
15. Scio opera tua, quia neg̃ frigidus es, ne  
opus ei fuerit secundum auditum auriam id  
ta & probata judicare, & sententiam pro  
Nonnè praterea libri sunt aperiendi  
ex quibus, quid quisq; boni aut mali egerit  
cognoscere? Nonne deniq̃ iudex naeg̃.  
cordum & tenebrarum, eo, quo supradixi  
burus, & tūm bona opera fidelium, tūm ma-



portim  
tare  
e, pra-  
n, hine  
& misé-  
ba, abo-  
us mun-  
nè hoc  
am ali-  
itteret,  
lareetur,  
rbo suo,  
masset?  
se con-  
etiam  
quiens,  
dit igi-

itā cau. g.  
ut con. Ad ratio-  
et uunt. nem à pro-  
sint sui. prio ad-  
s nomi- juncto  
ocrista. seu officio  
ocal. 3, sumtam  
è non  
allega-  
G. II, 3.  
20, 12,  
im erit  
eculta  
nifesta-  
ceu te-  
fles.

076

Image Engineering Scan Reference Chart  
Patch Reference numbers on UTT  
Serial No. 076